

*Britanniae sub Marco et Vero (vit. Marci 8; C. VII 758) etiam bellum Marcomannicum gessisse hinc apparet. — 10) Cf. supra N. 1097, 1098. — 11) A. 470; viginti quinque igitur stipendia meruit. — 12) Cf. supra N. 1099. — 13) Lares sunt ipsae canabae legionis Troesmenses. — 14) Debuit esse cum. — 15) Mater collegii dendrophorum (mater eadem quae patrona).*

**2312** d. m. | et memoriae aeternae | Attoni Constantis | vet. leg. XXII P. p. f., missus honesta missione, castris inter ceteros conveterat nos suos revocitus (*sic*), | quique bello interfactus obiit. Attia | Florentina coniugi carissimo | et sibi viva ponendum curavit et sub | ascia dedicavit.

*Lugduni (Boissieu inscr. de Lyon p. 332 a prioribus).*

**2313** d. m. | T. Camul. L. f. Laveni<sup>1</sup> | emeriti leg. III Gallic. | honesta missione do[nati] ab imper. Antonino | Augusto Pio et ex voluntate | imp. Hadriani Aug. tor[quibus] et armillis aure[is] suffragio legionis | honorati, Camulia Soror<sup>1</sup> et Partegoria . . ro . . e<sup>1</sup> [ob] | merita eius, patrono op[timo] et piissimo.

*Grenoble, ubi fuit Cularo postea dicta Gratianopolis (XII 2250 fortasse semel tantum descripta saec. XVI). — 1) Nomina corrupta.*

**2314** d. m. s. | P. Aul. Apolinario | mil. leg. III | Aug. ex III Galli<sup>1</sup>, vix. ann. | XLVII, mil. XXV, | Iul. Lucilla | mar. dulcis.

*Lambaesi (VIII 3049 vidit Renier).* — 1) *Milites ex legione tertia Gallica in legionem tertiam Augustam translatos novimus non minus quinque (N. 2514—2517. VIII 3113).* *Translatos esse temporibus Elagabali, cum legionis tertiae Gallicae legatus locum imperatorum appetivisset (Dio 79, 7), cui tempore etiam rasuram attribuendam esse quam nomen legionis passum est in duabus titulis Syriae, coniecit Henzen bull. inst. arch. 1863 p. 58, quem secutus est Mommsen C. VIII p. XX.* *Certe non multum ante Severum Alexandrum has translationes factas esse colligitur ex N. 2515.*

**2315** dis manib. sacr. | . . Iulius C. fil. domo Arethusa<sup>1</sup> Livianus, | vet. ex aquilif. leg. III Aug. Severiae<sup>2</sup>, translatus | ex leg. III Gallic., se vivo in memor. mortis aeternae obventure cum suis fecit dedicavitque.

*Lambaesi (VIII 2904 vidit Wilmanns).* — 1) *Videtur significari Arethusa Syriae (Strabo 16, 2, 40 p. 753); cf. infra N. 2516 not. 1.* — 2) *Cognomen legionis aetatem Alexandri indicat.*

**2316** d. m. s. | Vibia Maxima | vixit an. XXXI, C. | Iul. Valens vet. | natio. Sur., | prob. in III Gal.<sup>1</sup> | missus de leg. III | Aug., con.<sup>2</sup> merenti cum | Basila et Valentino fil. comunitibus fecit.

*In Numidia non longe a Lambaezi (VIII 4510 semel vel bis descripta).* — 1) *Natione Surus, probatus in tertia Gallica. Legio tertia Gallica, in Syria castra habens, ex ea potissimum provincia suppleta est.* — 2) *Coniugi.*